

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvae Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiæ, MDLXXXIX

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-496)

AD LECTOREM.

HABES Commentarium meum, Lector, opinione tua, & promisso meo fortasse tardius. nec mirum: quia serio opus adgressus, eiusmodi comperi, ut properandum in eo mihi fuerit, non festinandum. Multa in Annalium libris rara, recondita, & paucitate scriptorum eius aui obscura: multa etiam ex non vulgatis ritibus & vetatissimo iure haurienda. Nec dux mihi alius ad hoc iter. Primi, inquam, hanc viam ingredimur, Ferreto, Alciato, Vertramo visam potius quam tritam. Denique scripsi hos Commentarios, non exscripsi: & meo remigio, ut ille ait, rem gessi. Correctiones aliquot veteres firmaui, novas addidi. neutrum ambitiose: quia certe peccamus iam nos Critici in hanc partem; & ut olim vitiis, sic nunc remediis laboratur. Quadam etiam in aliis scriptoribus passim animaduersa: non quia adfectarim, sed quia dabant se sub manum. Vt in segete flores quidam internascuntur sua sponte: sic in his scriptis alieni generis nota. Historia & moribus, cum opus fuit, praeuli facem: sed non nisi cum opus. Nam vulgata quadam, & e Dione Suetonioque in loco prompta adspargere, cui rei? Fanaticorum est & eorum qui exierunt e potestate, mero meridie accendere lucernam. Et tamen, scio, facilia quadam mihi visa, quae obscura aliis. sed quid? iam pante testor me nec pueris ista elaborasse (quid enim iis cum Tacito?) nec detortis quibusdam varisque iudiciis, quibus nusquam liquet aut lucet. Inueni tam fatuum, qui rectissimos Taciti locos inuenteret, & optimum quemque eius sensum. Breuitas etiam mea fortasse quibusdam non ad gustum. quid faciam? ita natura mea & iudicium est: & tractari malo, quam semel adspici & tangi. Aquam maris dulciorem in imo esse aiunt, quam in summo: sic fortasse suauiora tibi ista cum penetraueris. Aut si magis protrita tibi sapiunt & vulgata: abi mi homo, non ego cymbalum ad tuas aures. A te serie & erudite Lector peto, ut sicubi lapsus sum aut siquid mihi elapsum; corrigas, non culpes. quia reuera in tanto opere nec unus omnia peruidi, & in quibusdam alludo potius ad sententiam fortasse, quam tango. Politica non attigi. Siue enim peritis, siue imperitis; frustra. Illi sponte eligere possunt: hi nec electis recte uti. Et audio iam esse, quibus proprie ea cura. Ego quod potui, id feci: nec impedio, siquis in eodem Circo curret ad palmam. Vale, & si merui, faue Lector.

MONI-



tur optima rei. H
iecturas in aliquo
dice Franc. nolte
editione prisca,
id suis locis. Ce
remque aliis scito
Quod si quid in i
(puta, siquid am
Notam disjuncti
neat te illud adte

I A

M NE

Vna hac se

Si vos

LIPS I m

Vt mi

LIPS I, q

Omnia

Cornu tu

Messib

Quod ante

Antiqua

Addo huc

Cetera,

Testes pris

Quattu

M O N I T I O A D L E C T O R E M.



V T FIDEI & industriæ nostræ ratio tibi constet, scire te cupio, Lector, hæc pauca. Libris Romæ scriptis vsumus tribus: Vaticanis duobus, altero sanè bono: tertio è Farnesianâ Bibliothecâ, suggerente nobis humanissimo Fulvio Ursino. Misit & amicus noster And. Schottus ex Hispaniis Excerpta quædam siue Notulas è codice scripto viri Illustris Antonij Couarruiæ, quibus rarenter sumus vsti. nec enim codex ille fuisse videtur optimæ rei. Habuimus & Rodolphi Agricolæ docti viri iudicia siue coniecturas in aliquot locis: quæ misit transcripta ad nos ex ipso Rodolphi codice Franc. noster Modius. Aliquod etiam adiumentum nobis à Romanâ editione priscâ, plurimum probâ. Siquid aliud aliunde habuimus, moneo id suis locis. Ceterum, vniuersè Commentarium istum pleniorē melioremque aliis scito: cui inseruimus è C V R I S S E C V N D I S, suis quæq. locis. Quod si quid in iis tale, quod cohærere cum priori Notâ parum aptè posset (puta, siquid ambigerem, mutarem, firmarem, refellerem:) hæc sub ipsam Notam disiunctim paullum subtexi iussimus cum signo isto * quod moneat te illud adtextum esse è posterioribus C V R I S. Obserua, & vale.

I A N I G V L I E L M I E L E G I A.

M NEMOSIDES diua, nostros quis detuli amores,
A puero vestrīs deditus in studiis,

Vna hæc seruitij, si fas est, præmia posco,

Si vos ritè olim lacte meroque colo:

LIPSI magnum animum priscâ virtute fidèque

Vt mihi vos proprium concilietis heræ;

LIPSI, quem primis multum miratus ab annis,

Omniugas stupui fundere mentis opes;

Cornu ut Amalthea, manantibus ubere fundo

Messibus, annum horno copem ab honore beat:

Quod vates rhetorque bonus summusque clueret

Antiqua condus promus & historia;

Addo huc Socraticamque penum, Romanâque iura,

Cetera, vobiscum quæq. Minerva probat.

Testes prisce operis museo emblemate structa,

Quattuor in conum erecta voluminibus:

Tot

Tot moda quīs veterum ruta casa, & caca retexens
 Oracula, electis multus & historiis,
 AEgra catus sanis dispescere, turbida apertis,
 Seu medicam, siue interpretis addit opem.
 Quid memorem Taciti monumenta augusta librorum
 Tot misere pridem manca & huius locis,
 Integra, quā potuit, nunc tandem? cui tamen ultrò
 Maius adhuc opera constituit pretium
 Adiicere; è tenebris veterum dum plurima morum
 Promit, & in purā luce videnda locat:
 Aut tentata aliis, post conclamata, natator
 Delius, admittente eruit unus aui.
 Gaude CORNELI, si quidquam in funere sentis,
 Quae dederat cunctis iam manifesta patent;
 Quaeq; illis passim cariosa admorderat atas
 Dente malo, medicā conualuere manu.
 At tu Musarum, LIPSI, illibata medulla,
 Attica cui puro nectare vena fluit,
 Perge tuos facere & bene deuincire merendo,
 Qui sumus his tecum turba operata sacris.
 In quīs (namque nefas faciles tibi spernere Musas)
 Me tibi habe, seu tu fœdere amicitia,
 Sine clientelā, seu mancipio endopeditum,
 Seu quacumque voles conditione, tuum;
 Quo tu iure tuo, precor utere. ne mihi quisquam
 Heic duit, impositis vindicias manibus:
 Quin usumfructum nostra, doctissime, vita
 Sit tibi perpetuo carpere seruitio;
 Quem tibi mansurum, summotā ut fraude sponendi,
 Et Sanci & Genij numina iuro tui,
 Si fallo, ex hominum cœtu intestabilem uterque
 Eiiciat; doctis hic procul, ille bonis.
 At vos Mnemosides, IUSTVS, si iusta paciscor,
 Perficite, ut cœnt fœdera, & ut valeat.

IUSTI

AD LI



Annalium liber.
 quibus pleriq; est, Ad
 titulus non accepto refe
 na: sed cuiuspiam antiqui
 Quem tamen refellit
 euenere, nisi cui libet
 tate populi Rom. repe
 Nemo Annales nostros
 suum quæque in annu
 Annalium scriptorem
 Neque Decemu
 ultra biennium. Na
 re. Liuium & Fallo
 Nam id includat trien
 menses.

Nomine principis
 nomen, eā quidem nota
 olim Princeps Senatus.
 dictaturā, sed Principis
 Tu dominus
 Dio de Tiberio: regis
 orōne pōtē dicitur, au
 autem Senatus, ritu p
 ratorem militum prin
 & Principum etiam p
 berij, ruinā spectaculo
 lianus quidem recepta
 aliter, inquit, principu
 lum quod est apz, no
 apz: dicuntur prin
 testate & principatu
 deinde apz, impemum
 Veteris reip. prosp
 Gliscente adulatione
 Histor. Siquid ardore
 tione detentur. Horat
 Tiberij, Caiique,
 attingunt quattuor dum
 que Annalium fuisse in
 Pompeius apud Si
 sam cum iugulatum que
 doctus & p. ylar, in Phry
 noster vicum cum saltem
 Florus de eodem: In Sicul